

Locatori competit actio locati ejusque heredi adversus conductorem, ejusque heredem, ad hoc maximè tendens, ut merces unà cum usuris post moram solvatur. Eadem actio petit sibi rem locatam restituere, quamvis ad hoc competat etiam rei vindicatio. Denique ut res locata deterior facta reficiatur, & omnia damna ex levi culpa illata refundantur: & etiam, si cum damno locatoris à contractu recederet. fol. 180. n. 570. Jure Bavarico constitutum est, ut conductor ob culpam conventus debeat se purgare vel per testes, vel his deficientibus per juramentum. n. 572. ubi de hoc plura.

Conductor si rem domino recuperate volenti non restituerit, sed litem usque ad definitivam sententiam protraxerit, non solum rem locatam, sed etiam æstimationem ejus præbere compellitur. fol. 181. n. 573.

Locatori fundi rustici competit actio *Serviana*, & Locatori prædij Urbani *Quasi Serviana*, de quibus vide, *Serviana actio*.

Conductori datur actio Conducti ad hoc principaliter, ut re conductâ uti frui licere præstet, aut interesse solvat. Item, ut domum locis necessarijs reficiat, vel mercedem pro rata temporis remittat, quo non potest conductor ædibus commodè uti: item ut damna ex rei locatæ vitio nata refundat: item ut ob rei locatæ interitum, sterilitatem &c. mercedem proportionaliter remittat, impensas solvat &c. omnia cum limitationibus supra positiss, cum ageretur de Obligationibus locatoris. fol. 183. num. 578.

### Ludus.

Est contractus innominatus, quo victori certaminis res ab utroque exposita tribuitur. fol. 334. n. 1068. ubi referuntur conditiones ad Justitiam Ludi requisitæ. Itaque

Ludens debet habere vel dominium, vel liberam administrationem illius rei quam ludo & fortunæ exponit. fol. 335. n. 1069. Si ludus sit licitus, tenetur victus victori de evictione rei expositæ. num. 1070.

Si exponens rem usu consumpibilem alienam, habet unde compenset, ludens nihil tenetur restituere, si nescivit esse alienam; si non habet, tenetur de evictione, si lucrans nescivit; si scivit, ludus non valebat. fol. eod. n. 1072.

Si lusor non habens unde ludat, furetur collatori, & lucratur, potest lucrum retinere, restituito futo, si haberet unde restitueret, si ablatum perdidisset. fol. eod. n. 1073.

Is qui metu aliquem compulsi ad ludendum, tenetur lucrum restituere, non item qui metum passus est. fol. 336. n. 1074. Idem dicendum de inducente per dolum. n. 1075.

Error proprius nocet erranti, nec alter tenetur monere de errore. fol. eod. n. 1077.

### L.

Inspectio chartæ per alterius incuriam, non est fraus illicita, bene tamen si de industria. eod.

Qui ob fraudes commissas debet v.g. decem, deinde eodem ludo perdit eosdem, debet nihilominus restituere, quod per fraudem adeptus est. fol. 337. n. 1078.

Non valet ludus, si unus scit se longè meliùs calere ludum; & moraliter certus est de victoria, etiam si non simulet se æqualem. fol. eod. 1079.

Quod si alter scit se inferiorem, & tamen vult ludere, præsumetur animus donandi. fol. 338. n. 1080.

Non tenetur lucrum restituere, qui lucratur ludo privilegiato, hoc est, ut beneficio legis possit quis non solvere, aut repetere solum, etiam si à principio habuisset animum solvendi, & etiam si alter habuisset animum solvendi & non repetendi. fol. 339. n. 1081.

Prohibetur in Jure ludus alearum, & ludus in certis locis. fol. eod. n. 1083. Jure Bavarico accuratius de Jure multa statuuntur. n. 184.

### Luminum, & Luminibus non officendi Servitibus.

Tomo 1.

Servitus Luminum est Jus, quo vicinus lumina nostra excipere & præstare tenetur, quatenus ædibus nostris necessaria sunt. ad hoc autem sufficit, si foramen apertum habeat. fol. 249. n. 170.

Servitus ne luminibus officatur, est Jus, quo vicinus lumen à cælo veniens convicino admere & obscurius facere prohibetur, v.g. aliquid in alio collocando. Imò prohibetur auferre parietem, ex quo per repercussionem lumen in ædes vicini devolvitur: non tamen prohibetur auferre, unde plus luminis incideret. eod.

### M.

#### Macedonianum Senatûs Consultum.

Tomo 3.

Hoc Senatûs Consulto prohibetur, ne mutur dentur pecuniæ filijsfamilias, & mutuanti denegatur efficax actio etiam adversus patrem, etiam post emancipationem. f. 181. n. 326. Est primariò favorabile, & etiam odiosum. eod.

Nascitur quidem ex mutuo dato filiosfam: obligatio civilis, quia datur mutuanti actio, sed hæc est infirma, quia debitori conceditur Exceptio ex hoc Scto. Naturalis obligatio & in conscientia non nascitur, ne quidem sublatâ parti potestate. Si tamen filius, neglectâ exceptione solvit, non potest repetere solum, sicut nec fidejussor. Et hoc sensu potest dici, nasci obligationem naturalem. f. eod. n. 327.

Ex eo, quòd hoc beneficium sit in favorem patris introductum, non potest illi filius efficaciter renuntiare.

renuntiare. Ne quidem accedente juramento, si sine præjudicio patris servari non potest: & lupenderet solum obligationem, usquedum fieret paterfamilias. f. 182. n. 328.

Ut filiusfamilias liberetur in conscientia, non est necesse, quòd non sit factus occupator. fol. eod. n. 329. Non tenetur etiam solvere, etiam si neglectâ exceptione condemnatus fuerit, si tamen solvit, repetere non potest. n. 331.

Cessat hæc exceptio in duodecim casibus. 1. Si filiusfamilias sit miles. 2. Si pater sponte consensit. 3. Si filius habeat bona pleno jure ad se spectantia. 4. Si passim pro paterfamilias habitus sit. 5. Si absque fraude alia res quam pecunia mutata fuit. 6. Si pecunia non fuit numerata ut esset mutua, sed aliunde v.g. ex empto debita, & postea in mutuum mutaretur debitum. 7. Si in rem patris mutuum versum est. 8. Si filiosfam. postea sui juris factus contractum approbavit, vel partem illius solvit: quod si pignus dedisset, ad hujus quantitatem dehegaretur exceptio. 9. Si ad sumptus in studijs necessarios datum est mutuum. 10. Si filius à patre negotiationi præpositus fuit, & mutuum non exceptum. 11. Si filiosfam. pro alio fidejussit. 12. Si pater non interponat testamentum contrariè voluntatis, quando ipse nomine accipitur mutuum. Videantur hæc exceptiones. fol. 182. n. 331. & seqq.

Tomo 4.

Mulier non potest validè mandare alteri ut pro alio fidejubeat. fol. 223. nu. 693. ubi vide distinctionem.

#### Magia seu Maleficium, Vencficium, Sortilegium.

Tomo 6.

Magia seu Maleficium, prout specialiter Magis & Sagis accommodatur, est Crimen publicum, Ordinarium, & Nominatum: & solum extraordinarium dicitur, quòd in illius processu quædam specialia observentur. fol. 144. n. 391.

Qualem solennitatem observare solet Dæmon in Magis recipiendis, refertur n. 382. & seqq.

Quatenus hoc crimen continet illationem damnorum, pertinet ad forum Sæculare. fol. 145. n. 384. Cui non præjudicatur, si Juxta Ecclesiasticus solum monitorium aut medicinale penam inflixit eod. Magistratus sæcularis rectè facit, adhibendo eruditum Theologum in consilium. eod.

Crimen hoc censetur habere causam continuam, & ideo processus ad illum Judicem spectat, ubi deprehenduntur. n. 385.

Malefici de se confessi, etiam de Socijs rogandi sunt, rogati Jure Naturæ obligantur ad indicandos nocentes, de quorum emendatione nulla spes est. fol. 149. n. 405. Item interrogandi, à quo didicerint, vel ad hoc flagitium illecti sint. eod.

### M.

Illæ denuntiationes sunt majori fide dignæ, quæ fiunt à sacramentaliter confessis, & per Confessarium dispositis ad seriam penitentiam, & admonitis, ut in denunciando habeant rationem suæ salutis. fol. 149. n. 404.

Nisi denunciatus dicat, talem personam interfuisse ut Vencficam & ut mancipium diaboli conventibus, non multam fidem meretur. fol. 150. n. 405. Imò nisi de singularibus actibus inter choreas & convivia exerceri solitis, singularia exprimantur, fides vacillat, & non reputatur sufficiens ad Torturam. n. 406.

Deinde etiam maleficus dicat, Bertam demone adortasse, nefanda commisisse &c. necdum moralem certitudinem facit: si tamen plures denuntiationes convenirent, nec aliunde elicerentur, torturæ viam facerent. n. 407.

Denuntiationum fides etiam ex eo capite non est integra, quando denunciatus pluribus alijs criminibus, quæ per accidens cum maleficio conjuncta sunt, obnoxius est, v.g. si est latro, fur. n. 408.

Variatio quoque vitiat maleficorum denuntiationem, & quandoque præbet fundamentum denovo torquendi. n. 409.

Revocationi denuntiationis, factæ post sententiam mortis sibi dictam, & tempore sacramentalis confessionis vel Evcharistiæ sumendæ, si iudici appareret, reum non levitate animi, non prece, aut pretio, sed ad conscientiam exonerandâ revocasse, illi standum esset, etiam post sententiam. fol. 150. n. 410.

In contrarietate denuntiationum circa certam personam, pro innocentia præsumendum est. Et deprehensâ falsitate denuntiationis in uno articulo etiam quoad alios fidem non meretur. fol. 151. n. 411.

Inimicitia graviter infirmat denuntiationes, & sufficit animi aversio. n. 212.

Bona fama contra denuntiationes multum valet, si constans sit & probata, & alijs innocentæ indicijs adjuta. n. 413.

Ufus & experientia docuit, denuntiationes, etiam lex reorum, sine alijs adminiculis parum firmitatis habere, ob consuetam maleficorum conspirationem. n. 414.

Maiores annis 10. et si minores 25. eandem fidem in hoc etiam crimine merentur, quam maiores. n. 415.

Omnia que in alijs criminibus ad torturam sufficiunt indicia, etiam in Sagario sufficiunt. num. 416.

Hujusmodi autem specialia indicia sunt. Si quis profiteatur artem magicam, aut gloriatur, se eam didicisse, & cum alijs Sagis versari consueverit, vel aliunde

aliunde suspectus sit. fol. 152. n. 417. & seq. Mi-  
nae prolatae cum effectu secuto, & accedentibus alijs  
adminiculis. n. 419. Frequens conversatio cum  
Maleficis, accedente suspitione aliunde. fol. 153.  
n. 421. Si quis rebus, gestibus, verbis suspectis  
uratur, Magiam sapientibus. n. 422. ubi exempla.  
Si quis tempore non consueto deprehendatur  
in aliena domo aut stabulo, & inde maleficium se-  
quatur. Plura hujusmodi indicia referuntur nu.  
423. & seq.

Malefici, priusquam crimen consteantur, non  
sunt in subterraneis, vel alijs humidis, & frigidis  
locis detinendi: neque statim compedes & vin-  
cula iniicienda, nisi locus carceris parum tu-  
tus sit, vel id singularis ratio suadeat, vel ita  
habeat consuetudo. fol. 154. n. 426.

Reo comprehenso, in omnibus locis & angulis  
aeris eius pixides instrumenta perquirenda: nec per-  
mittendum, ut ad aedes redeant vestesque dil-  
ligenter excutiendae, ne quid secum ferant ad  
maleficium spectans. n. 426.

Confessio eorum rerum quae in sola voluntate  
constituntur, per se sola sufficit ad reum condem-  
nandum. Confessio illati exterioris damni, requirit  
insuper, ut constet de corpore delicti. fol. 155. nu.  
438.

Reo negante delictum, non sufficienter convincitur  
ad condemnandum, praesens ex quibusdam  
factis notorijs & permanentibus. nu. 429. & seq.

Damna quae a Magis malo veneno aperte infe-  
rentur, duobus omni exceptione majoribus testi-  
bus probantur, eaque probatio plenissima, & luce  
meridianae clarior dicitur. & reus convictus iure  
damnatur, non quidem in poenam maleficij com-  
municem, sed in eam quae delicti probati qualitate  
legibus imposita est. fol. 156. nu. 432.

Quamvis in Jure in Ord. Carolina, constituta  
poena Maleficorum convictorum vel confessorum,  
sit viva concrematio, ex consuetudine tamen vel  
strangulantur, vel capite plectuntur, & cadaver  
combuntur. fol. 157. nu. 433.

Infans ab alio seductus, & debile ac exiguum  
rationis usum habens, non est ullo graviore sup-  
plicio plectendus: patere tamen ferula vel alijs mo-  
dis emendari potest, & in loco tuto tamdiu detine-  
ri, donec fidei praecipis instruat. instructus hon-  
estis familiaris tradendus, donec ad firmam aetatem  
perveniat. Impubes durius quidem emendari  
possunt, non tamen ultimo supplicio nisi ex gra-  
vissima causa, & Principe consulto. Nulla tandem  
emendatione secuta, ultimo supplicio puniendi. f.  
158. nu. 434.

Clerici Religiosi convicti vel confessi tradun-  
tur, secundum Juris ordinem, brachio seculari. n.  
435. ubi vide limitationem.

Ex consuetudine non solent bona damnatorum

ob maleficium, confiscari, quando existant confan-  
guncii. nu. 437.

### Majestatis Laesae Crimen.

Tomo 6.

Majestatis nomine hic venit non solum Impe-  
rator, sed etiam Reges, & Respublica Superiorem  
non agnoscentes. fol. 160. n. 439. Definuntur in  
genere: Summa ac perpetua legibus soluta po-  
estas. eod. Relucet maxime in Exercitio Re-  
galium majorum sibi debitorum tanquam proprie-  
tatum, & non sunt mera praemia anticipata. Nec  
contra ea ullo tempore praescribitur. n. 440.

Rex Romanorum electus gaudet post mortem  
Imperatoris hac Majestate. fol. 161. n. 441.

Ex speciali dispositione Aureae Bullae commit-  
tuntur crimina laesae Majestatis etiam contra Electores.  
nu. 442. Contra Status Imperij non nisi ut con-  
junctim acceptos, non vero ut sunt singulares Pos-  
sessores & Domini suarum Provinciarum. n. 443.

Committitur etiam contra Consiliarios, Sena-  
tores ac Milites apud Principem in ejus aula com-  
rantes, si in eorum necem conspiretur. nu. 444.

Crimen laesae Majestatis non potest committi nisi  
a Subdito Principis laesi. fol. 162. nu. 447. Et qui-  
dem etiam a Clerico, subdito ratione originis aut  
domicilij. fol. 163. num. 448. Imo etiam a Ban-  
nito. nu. 449. Item a Communitate, vel Civitate.  
nu. 450. ubi declaratur. Punitur secundum Carol.  
Ord. 100. lib. auri. privatione libertatis & privi-  
legiorum. nu. 451.

Crimen laesae Majest. pluribus modis committi-  
tur, quorum quadraginta quinque referuntur. n.  
452.

Maleficio Principis tunc committitur, quan-  
do verba continent seditiosas exclamaciones. f. 164:  
nu. 453.

Falsatione Monetae committitur etiam hoc cri-  
men, & quidem tres modi referuntur. n. 456. Vi-  
de etiam *Monetae Falsatio*.

Si crimen laesae Majestatis directè in personam  
Principis vel ejus Consiliarios committatur, conspi-  
rando in necem, seu Rebellionem, reus poena mor-  
tis plectitur, quandoque gladio, quandoque igne,  
quandoque dillectione, &c. fol. 167. nu. 467.

Qui Principis hostem sciens recipit fugientem,  
deportatione, qui latentem dissimulat, relegatione  
punitur. 468.

Perduellium liberi sunt infames, & omnia bo-  
na, uxore ac liberis ad mendicitatem redactis, con-  
fiscantur. n. eod. & seq. Exceptis bonis extra territo-  
rium Principis sitis. n. 470. item excepta Morgenga-  
gebà, dote numerata, legitimè filiarum. eod.

Perduellium filij etiam emancipati, omni hae-  
ditaria successione, & testamenti factione privan-  
tur, & perpetua infamia notantur. fol. 168. nu. 471.  
quod etiam de filijs ante delictum natis intelligen-  
dum.

dum. nu. 473. Bona non fisco, sed haeredibus pro-  
ximioribus cedunt. n. 474. vel filibus, aut nepo-  
tibus. n. 475.

In hoc crimine potest procedi summarie, ac-  
celerando iudicium & poenam. f. 169. n. 478. Nun-  
quam praescribitur. eod. Possunt torqueri per-  
sonae alioquin privilegatae. n. 479. Quis ac-  
cusare potest. eod. Creditur socio contra socium.  
Admittuntur testes singulares eod. Non admit-  
titur appellatio. 480. Valet sententia contra ab-  
sentem. Potest processus inchoari a tortura ex  
indicijs alioquin non sufficientibus. eod.

In hoc crimine punitur solus conatus externus,  
v. g. tractatus de nece, emptio veneni &c. n. 481.

### Majores.

Tomo 5.

Majorum nomine veniunt in Jure etiam illi, qui  
specificum nomen habent, ut Pater, Avus, Pro-  
avus, Abavus &c. f. 172. n. 48.

### Mandati Contractus.

Tomo 4.

Est Contractus Juris gentium, nominatus, bona  
fidei, nudo consensu initus, quo negotium ali-  
quod gratis efficiendum voluntarie suscipiendi  
committitur, expressè vel tacite. f. 210. nu. 655.  
Dicitur contractus bona fidei, non quasi liceat  
Mandatario fines mandati excedere, sed hac ra-  
tione, quod Mandator & Mandatarius aliqua in-  
vicem ex aequo prestare debeant, etiam si eorum  
non fuerit expressa mentio facta. n. 657.

Non vitiat contractus Mandati, si suscipiatur  
spe alicujus remunerationis, etiam si animo con-  
stitutum esset, non recipere, nisi remuneratio se-  
queretur. n. 212. Quod si Honorarium promitte-  
retur cum obligatione Justitiae, esset potius con-  
tractus innominatus: *Do ut facias*. nec honorari-  
um peti posset actione Mandati, sed *Prescriptis*  
*verbis*. n. 661.

Dividitur Mandatum 1. In expressum & ta-  
citum, quo scilicet quis sciens prudens patitur  
rem suam ab alio geri. Quod tamen non habet  
locum in re turpi. f. 214. n. 665.

Dividitur 2. In generale & speciale. Gene-  
rale est, quando quis committit omnia sua ne-  
gotia vel bona administranda. Speciale est, cum  
datur mandatum ad certam rem vel negotium  
in specie. f. eod. n. 666. Generale subdividitur in  
generale cum clausula *cum libera*, & sine hac clau-  
sula. eod.

Mandatarius extrajudicialis potest loco sui  
alium substituere, nisi specialiter prohibeatur, aut  
negotij gravitas obstat: Judicialis hoc non po-  
test: fit enim per litis contestationem dominus  
litis, ita ut omnes actus judiciales in ipsum diri-  
gantur de jure communi, & in ipsum feratur sen-  
tentia: consuetudo tamen habet, ut, exceptis cau-  
sis infamiam irrogantibus, dominus condemnatur.  
f. 215. n. 668.

*Christ. Hann. Repert.*

In Mandato constituetur sex species concipi  
possunt, quas vide explicatas numero eodem.

Quando in utilitatem tertij fit mandatum, illi  
tertio non acquiritur actio vel obligatio. fol. eod.  
669. Quando in solius Mandatarij utilitatem  
tendit mandatum, non nascitur actio mandati,  
quia tunc mandans agit potius consiliarium, qui  
non obligatur. eod. ubi exemplum. Quodsi dolo  
consilium noxium datum esset, tenetur actione de  
dolo. f. 216. n. 670.

Verius est, Mandatario semper levissimam cul-  
pam esse praestandam, quando solius mandantis  
utilitatem spectat. f. 216. n. 671.

Mandatarius obligatur Mandanti, ut tempore  
congruo integrè & bona fide mandatum exequa-  
tur, & restituat, si quod emolumentum vi execu-  
tionis mandati ad eum pervenit, & ut perveni-  
ret, per mandatum saltem in consequentiam in-  
tendebatur: item si quid residuum est ex datis ad  
mandatum exequendum. f. 218. n. 676.

Si interest Mandantis, mandatum fuisse datum  
executioni secundum tenorem & formam praescrip-  
tam ac bonam fidem, & mandatarius negligat,  
nec renuntiet, si possit, condemnatur in id quod  
interest: si non interest, cessat mandati obligatio.  
f. eod. n. 677.

Mandatarius debet rationem reddere negotij  
gesti, & non solum restituere, quae ad eum per  
causam mandati pervenerunt, sed etiam si per er-  
rorem vel injuriam Judicis indebitum per causam  
mandati consecutus est, id quoque restituere tene-  
tur: item & actiones quas Mandanti cedere. f.  
eod. n. 678.

Mandatario competit actio Mandati contracta,  
adversus Mandatorem, quae consequitur ea, quae  
sunt ei necessaria ad mandati executionem, item  
ad refundendum, quod expendit ex proprijs, vel  
damnum quod passus est: item ut mandator sus-  
cipiat in obligationem, quam procuratorio no-  
mine contraxit, sive impletum sit mandatum, sive  
pro impleto habeatur. f. 219. n. 679.

Mandator tenetur debita ex mandato contracta  
in se recipere, & mandatarium liberare, vel certe  
illi cavere de indemnitate conservando: quo casu te-  
netur Mandatarius vicissim cedere actiones. f. eod.  
n. 680.

Mandans tenetur etiam praestare casum fortui-  
tum, qui aliquo modo poterat timeri. f. 220. n. 681.

Mandatarius nec debet fines mandati excedere,  
nec in exequendo deficere, alioquin actione man-  
dati conveniri potest. f. eod. n. 682. ubi exemplum.

Satisfacit mandato, si iustus rem vendere  
non taxato pretio, vendat minimo, & si emere,  
emiat summo. Item satisfacit, si vendat carius quam  
sit iustus, quamvis lucrum cedat mandanti, nisi  
aliud expresserit. f. eod. n. 683.

U

Si carius

Si ceteris emat, quam iustus est, consequetur actione mandati contraria pretium a mandante taxatum. f. 211. n. 684. Neque utili negotiorum gestorum actione excessum consequetur. n. 685.

Non licet Mandatario aliud pro alio facere, etiam si paret magis commodum futurum mandanti. f. 221. n. 686, ubi exemplum.

Negotio mandato censetur etiam mandata illa, quae communiter tali negotio annexa sunt. fol. eod. n. 687.

Mandatarius seu Procurator ad lites, non potest alteri demandare, bene tamen Procurator ad negotia. f. 222. n. 688.

Prohibentur mandatum dare vel accipere ad conducendas res aliorum, Milites, Curiales, Clerici, Monachi. Si tamen Clerici contraveniant, non videtur eorum actus irritari Jure Canonico. Monasterij tamen negotia bene possunt per Monachos procurari. f. 222. n. 689.

Non censetur esse idoneus Procurator ad litem, qui Republicae causam abfuturus esset, aut morbo perpetuo teneretur, ut proprijs rebus praesente non possit, aut qui Magistratum gesturus esset, aut invitum iudicium pati non potest. f. 223. n. 690.

Reus criminis non permittitur esse Defensor priusquam crimen purget. eod.

Filiusfamilias potest dare vel accipere mandatum solvendi pro alio, si habet bona in quibus pater usufructum non habet. f. 223. n. 691. Filius solvens debitum patris, ex mandato patris potest solummodo actione contraria consequi. n. 692.

Non potest mulier valide mandare alteri, ut pro alio sibi iubeat. f. 223. n. 693. ubi vide distinctionem.

Is, cuius bona sunt publicata, & fisco adjudicata, potest alteri mandare, ut illa bona emat. f. eod. n. 694.

#### Mandatum speciale requirentia.

Restitutio in Integrum meo nomine petenda, requirit speciale mandatum, nec sufficit mandatum generale sine libera. f. 224. n. 695. Non est tamen necesse, ut inferatur specificè causa, ob quam petitur restitutio, sed sufficit Procuratoris instrumento inferri clausulam: & ad procurandam in integrum restitutionem constitutus est talis Procurator. nu. 696. Administratores tamen alieni patrimonij non indigent speciali mandato. eod.

Speciale mandatum requiritur ad accusandum in causa famae. eod.

Speciale mandatum requiritur ad contrahendum nomine Principalis matrimonium, vel Sponsalia. f. eod. n. 697.

Speciale mandatum requiritur ad remittendum Jus Pignoris aut Hypothecae. eod.

Speciale mandatum requiritur ad obtinendum interdictum de liberis exhibendis. eod. Item ad impetrandas litteras Apostolicas ad lites. f. 225. nu. 698. Item ad alienandas res mandantis. eod. Item ad transigendum & liberandum ad verfarium. eod. Item ad deferendum vel praestandum juramentum in eo, qui non administrator omnium bonorum. n. 699.

#### Mandatum cum libera.

Mandato generali quandoque additur clausula: cum libera. hoc est, cum plena potestate, ac nominatim omnium negotiorum mandatum datum esset. Talis Mandatarius praeter Administrationem potest omnia quae verisimiliter ipse dominus facturus esset, adeoq; alienare, exigere ab alieno, novare, solvere &c. f. 225. n. 700.

Extendit se etiam huiusmodi mandatum ad omnia, quae ceteroquin speciale mandatum requirunt, excepto Matrimonio, quia talis Procurator potius agit personam Internuntij: & ideo nec sufficeret, si diceretur: Accipias mihi uxorem. f. 226. nu. 702. Non procedit etiam in illis, quae Mandatarius dolo aut mala fide ageret. Nec etiam illi licet donare, nisi rationabiliter iudicaret, dominum donaturum. f. 226. n. 703. Si tale solveretur indebitum, posset solvens reperere. f. 227. n. 704.

#### Mandati Extinctio.

Ut Revocatio Mandati sit efficax ad impediendam actionem Mandati contraria in mandatario, debet fieri re adhuc integra, sine praedictio Mandatarij. Nec sufficeret revocatio per se, sed debet innotescere Mandatario; alioquin actus valet excepto Matrimonio per Procuratorem contracto, quod non valeret, si consensus revocatus esset. fol. 227. n. 705.

Re vendita si ante traditionem superveniat revocatio, non impedit, quominus traditio subsequens rectè fiat. f. eod. n. 706.

Revocatio esset efficax, etiam si juratum esset de non revocando. f. 228. n. 707.

In Procuratore ad lites non sufficit innovuisse revocationem, sed in super necesse est, ut innotescat etiam Adversario & Judici. f. eod. n. 708.

Mandatum susceptum est consummandum, aut quamprimum renuntiandum, ut mandans per se ipsum aut per alium eandem rem exequi possit. eod. Nec potest Mandatarius semel susceptum mandatum ad libitum, & sine causa moraliter impossibilitate executionem, renuntiare. f. eod. n. 709. Potest tamen intempestive renuntiare ob supervenientem adversam valetudinem, inimicitias, infamationem, exilium, &c. eodem.

Mandatum solvitur morte alterutrius superveniente, per se loquendo, & plerumq; f. 229. n. 710. Si mortem mandantis probabiliter ignorat Mandatarius, & postea negotium exequatur bona fide, perinde est, ac si vivo mandante fuisset executus. eod.

Si Mandatum in tempus mortis factum est, non solvitur morte, si haereditas non solvi. eod.

Officium Inquisitorum quamvis sit a Romano Pontifice demandatum, non extinguitur morte Pontificis. f. eod. n. 711. Neque officium Legati a latere missi ad aliquam Provinciam. f. 230. n. 712.

Quando morte mandantis vel Mandatarij executio plena mandati intercedit, pro ea parte quae executioni jam est mandata, mandati actio perdat. eod.

Finitur

Finitur Mandatum etiam, furoris superveniente mandanti, re adhuc integra. f. 230. n. 713.

De Mandato Procuratoris ad litè vide, Procurator.

#### Manumissio.

##### Tomo 1.

Manumissio servorum facta in fraudem creditorum, est ipso jure nulla, nec opus actione Pauliana. f. 468. n. 54.

Manumissio facta minori 20. annis, requirit causam cognitam. f. eod. n. eod.

#### Matrimonium.

##### Tomo 3.

Valet Matrimonium sub conditione impossibili contractum, si non conflet, quod contrahentes voluerint suam intentionem alligare, nam tunc ex Juri dispositione habetur pro non adjecta. f. 49. n. 27. Nisi esset conditio repugnans Substantiae matrimonij.

Constitutio Pontificis in cap. fin. de Condit. appof. in utroque foro tam interno quam externo locum habet, & pro matrimonij valore judicandum est, rejecta conditione impossibili. f. 50. nu. 281. Antecedenter ad hanc Constitutionem (cujus valet intellectus vide, à n. 276.) fuerat talis contractus invalidus judicandus, quia tunc homines suam intentionem praesumerent alligasse conditioni. Pontifex verò in favorem matrimonij voluit novam legem rem ita disponere, ut Matrimonium sub conditione impossibili vel turpi celebratum (modo non sit contra substantiam matrimonij) etiam ablata conditione, quantum fieri potest, sustineretur, indirecè adstringendo contrahentes cum tali conditione, ut hoc ipso quod velint contrahere secundum leges Ecclesiasticas, & primario valere matrimonium, hoc ipso velint tales conditiones non adjectas, quas leges volunt haberi pro non adjectis. f. 51. n. 285.

Matrimonium sub conditione contractum, potest valide tractari ante eventum conditionis, si tamen non revocatur, eveniente conditione transiret in absolutum absque novo consensu, ex communiori opinione. f. 55. nu. 304. & seq.

##### Tomo 5.

Causae Matrimoniales adeo spectant ad Judicem Ecclesiasticum, ut etiam casu quo solum praedictialiter de ea cognoscendum esset, v. g. quando in questione de successione moveretur dubium de legitimis natalibus, non possit Judex Laicus expedire. f. 70. n. 318. Potest tamen Laicus judicare in questione, an Petrus ex his parentibus natus sit. f. 71. n. 319.

Quando in causa ad secularem Judicem spectante, movetur incidenter questio de valore matrimonij, eaque est questio Juris, pertinet ad Ju-

dicem Ecclesiasticum. Quamvis lite pendente possit secularis decernere uxori alimenta. f. 73. n. 327. & seq.

##### Tomo 6.

Ut liceat procedere ad novum matrimonium, requiritur moralis certitudo de morte prioris conjugis. fol. 89. num. 134. & seq. ubi declaratur.

#### Medicus.

##### Tomo 1.

Medicus ex imperitia curando nocens, praesumitur ex delicto nocuisse, & gravius punitur quam Judex ex imperitia male judicando. fol. 96. num. 146.

Medicus imperitè curans servum, vel curam delerens, tenetur lege Aquilia. vide, Aquila Lex. f. 98. n. 158.

##### Tomo 6.

Medicus per imperitiam curandi dans causam morti, puniendus est pro qualitate & conditione rei ex judicio peritorum. Si per malitiam, puniendus ut latro, secundum Carol. Ord. fol. 127. n. 306.

#### Mendacium.

##### Tomo 5.

Ocultans Veritatem aliquo artificio, nullam justam causam intervenientem, quamvis non mendatur, peccat tamen contra Veritatem peccato omissionis. f. 420. n. 780.

Uti verbis aequivoctis in alio sensu, (vero) quam in sensu quem concipiunt audientes, non est mentiri. n. 781.

Intentio decipiendi alium, non est de substantia mendacij. n. 783.

Locutio cum mentali restrictione ad verum sensum, non est mendacium. fol. 421. num. 784. & seqq.

#### Mercator.

Mercator ubi ratione contractus conveniendus sit, vide: Forum compertens.

#### Meretrix.

##### Tomo 1.

Adversus Meretricem non datur conditio, qua repetatur datum. Sed neque meretrici datur actio ad perendam mercedem promissam, quamvis, actu secuto, debeatur in conscientia ex pacto. f. 138. n. 360.

Quamvis autem datum ob turpem causam, & reperti non possit, alijs tamen dantur propinquis repetendi via non est praesumenda. per leg. 1. C. de natu. liber. f. 139. n. 361.

#### Metus.

##### Tomo 2.

Metus injustus irritum reddit Testamentum ipso jure, nec ad illud rescindendum opus esset officio Praetoris, sed esset locus petitioni hereditatis. f. 41. n. 188. & seqq.

U 2

Mineralia

## Mineralia.

Tomo 1.

Mineralia reputantur fructus fundi, & ideo non sunt inventoris, nisi in loco communi reperta. Lege tamen & consuetudine magna pars Principi tanquam tributum cedit. fol. 400. n. 4.

## Minorennis.

De Minorennibus, vide, *Curator*.

Tomo 1.

Contra Minorennis non praescribitur nisi spatium 30. annorum. fol. 454. n. 297. & seqq. & fol. 465. n. 366.

Tomo 3.

Minores contrahentes sine auctoritate Curatoris non obligantur ullo modo, ne quidem quoad bona Castrensis, nisi consuetudo contrarium habeat. f. 39. n. 229. & seq.

Minor Curatorem non habens, validè contrahit circa illa bona, ad quorum alienationem non requiritur decretum Iudicis, nempe quae servando servari non possunt, inter quae etiam pecunia ab aliquibus numeratur. fol. eod. n. 231.

Potest Minor habens Curatorem, personaliter obligari sine illius auctoritate, modò talis obligatio non tendat ad realem alienationem. fol. 40. n. 232. & seq.

## Moderamen.

De Moderamine defensionis, & inculpatae re-telz, quomodo excusent à pœna homicidij, vide *Homicidium*.

## Monasterium.

Plura de Monasterio vide sub v. Religio.

Tomo 1.

Monasterium habetur pro filio in casibus à Jure expressis, qualis est, ad excludendum substitutum, non tamen ad excludendos, quibus legitima debetur. fol. 303. n. 24. An Monasterium excludat in fideicommissio substitutum sui Professi, vide, *Fideicommissum*.

## Moneta.

Tomo 3.

Monetae mutatio alia est intrinseca, alia extrinseca, alia simul intrinseca, & extrinseca: sicut est duplex valor, intrinsecus residens in substantia materiae, ex qua constat pecunia, consideratà ejus qualitate, & pondere: & extrinsecus, proveniens ex publica taxatione. fol. 188. n. 354.

Moneta in ratione pretij ultimam formam consequitur ex quantitate publicae aestimationis, cuius tamen fundamentum consistit in bonitate & pondere metalli. Mixturam metallorum habet à legibus definitam. fol. 189. n. 355.

## M.

Monetae extravagantes, in corio, plumbo, pyro impressam figuram habentes, non sunt proprie monetae, sed tesserae suo tempore redimendae. eod.

Certo numero Nummorum, v.g. Thalerorum in mutuum dato, potest ex contractu mutui idem numerus ejusdem bonitatis restituendus esse, & exigi, quomodo quicquid muretur valor extrinsecus. fol. eod. n. 317. Quod si tota species constituta periret, non propterea ex tali pacto liberaretur debitor. eod.

Si in contractu non fuit expressum, ut species pecuniae eodem numero reddatur, v.g. totidem aurei, variatio valoris extrinseci cedit commodò vel incommodò debitoris. fol. 189. n. 358. Hoc tamen non procedit. 1. Si variatio valoris non à Magistratu, sed aeneratorum consuetudine, & reclamante populo, inducta esset. 2. Non procedit, si solum pro certo tempore necessitatis bellicae auctus esset valor monetae. 3. Si notabile augmentum proveniat ex intrinseca depravatione monetae. n. 359.

Facta mutatione monetae in bonitate intrinseca, aestimatio in solutione faciendae est secundum tempus contractus mutui, & non solutionis. fol. 190. num. 360.

## Monetae Falsitatis.

Tomo 6.

Est crimen Laesae Majest. & tribus modis committitur. 1. Cudendo cum alieno signo, vel sine Jure. 2. Vitiando materiam. 3. Minuendo, vel excoquendo. fol. 165. n. 456.

Pœna vitiantis materiam, est excussio. n. 457. & seqq. ubi vide limitationem quoad eos qui tingunt auro. Eandem pœnam meretur, qui sciens talem pecuniam conquirat, ut expendendo alios decipiat. n. 460.

Qui scienter in sua domo materiam adulterinam cudi passus est, punitur confiscatione domus. fol. 166. n. 461.

Illius qui alterius Principis signum monetae imprimit, pœna est arbitraria, sicut & illius qui cudit sine jure cudendi. n. 462. & illius, qui justum pondus admittit. eod. & n. 463. & illius, qui resoluta majore moneta in fraudem Principis minore inde cudit. n. 465.

Quamvis hoc crimen sit Laesae Majestatis, in eo tamen solus conatus non punitur. f. 167. n. 466.

## Monopolium.

Tomo 4.

Monopolium est venditio quae fit ab uno solo in Civitate vel provincia: quod tamen possunt plures per modum unius instituire, ut nempe ipsi soli certam mercem vendant, quod tamen privatam auctoritate fieri non permittitur, sed bene auctoritate publicâ in bonum Reipublicae & Communitatis. fol. 98. num. 275.

POLLIN

## M.

Possunt Monopolae licite conspirare, ut nemo eorum vendat nisi pretio summo iusto. f. 98. nu. 276. Neque est contra iustitiam, emere tempore opportuno merces certae speciei in maxima quantitate, pretio villi tunc currente, ut inde cogantur alij emere pretio majore, ob defectum mercis ab alijs comparabilis. f. 99. n. 278.

## Mons Pictatis.

Tomo 3.

Est cumulus quidam pecuniae in hunc finem collectus à pijs hominibus, ut indigentium mutuo necessitati succurratur. f. 210. n. 438.

A Mutuatijs ad sustentationem Ministrorum Montis licite exigitur aliquid moderatum ultra sortem. Primus titulus est, Obligatio praefectorum dandi cultiver de communitate mutuum, quoties petierit. f. eod. n. 440. Secundus titulus est, labor & sollicitudo in custodiendis pignorijs suscepto in se periculo etiam sub levi culpa, quam praefare debent Ministri. n. 441. Quomodo hujusmodi Montes gubernentur, refertur f. 211. nu. 444.

## Mora.

Tomo 4.

Mora potest committi antequam perveniat ad Judicem, in re commodata, si clapsò tempore monitus Commodatarius non restituat, nec habeat causas relevantes. f. 237. n. 735. Potest perveniri ad Judicem quin aliqua mora praecesserit, si tempus interpellat: & hodierno jure non est amplius necesse interpellari debitorem, priusquam ad Judicem catur. eod.

## Morbus.

Tomo 4.

Jurista faciunt discrimen inter Morbum & Vitium rei venditae. Aliqui dicunt, Vitium esse nomen generale, Morbum verò specificum, hoc est, imbecillitatem, quae usum adimat, ut cecitas; Vitium verò erit balbuties. Alij distinguunt, quòd Vitium sit perpetuum, morbus accessu & recessu varietur. f. 96. n. 269.

## Morgengeba.

Tomo 1.

Latine est Donatio facta in Remunerationem pudicitiae. Jure Bavarico potest in Feudo constitui cum consensu domini directi. Describitur: Matrimoniale nomen, quod Maritus altero nuptiarum die pro pudicitia, & (Jure Bavarico) Virginitatis thesauro novae nuptae elargitur. f. 366. n. 330.

Morgengeba in Hispania & Lusitania etiam videtur competere. Jure Bavarico solis virginibus debetur, nec potest uxor renuntiare, nisi scripto duobus testibus extraneis signato. f. 389. n. 462.

Morgengebae Ususfructus est penes maritum, nec potest à Judice constitui in Majori quam Tertia parte bonorum allatorum ab uxore. Jure Ba-

varico. f. eod. n. 464. De ejus dominio vide: *Nuptiae secunda*.

Hypotheca ratione Morgengebae non gaudet jure prelacionis seu prioritatis. f. eod. n. 465.

Morgengeba potest consentiente uxore alienari, & oppignorari: de Jure Bavarico requiritur insuper sigillatio alicujus habentis potestatem sigillandi in rebus alienis, vel si uxor per annum & diem conscia non contradicat. Uxor potest alienare etiam inter vivos invito marito, Jure Bav. f. eod. n. 465.

## Mulier.

Tomo 1.

Mulier honestè vivens, non potest ob debita incarcerari, etiam si recuset cedere bonis. f. 153. n. 434.

Mulier permittitur fidejuberni pro dote. f. 375. n. 393.

## Munera.

Tomo 5.

Qui dant, promittunt, accipiunt, aut promissionem acceptant pro Justitia aut Gratia à Sede Apostolica, & obtentis utantur, incurrunt pœnas Extra. Greg. XI. quae refertur f. 99. n. 66.

De Judicibus munera accipientibus, vide, *Judex*.

## Mutilatio.

Tomo 6.

De Mutilatione vide plura, *Homicidium*. ubi ad qualem restitutionem mutilans aut vulnerans reneatur.

Mutilationis pœna spectat ad Merum Imperium, quamvis Juridicè & propriè non sit pœna capitalis. f. 4. n. 11. & seqq.

## Mutus.

Mutus an testari possit, vide, *Surdus*.

Tomo 2.

Qui inopinato casu loquelam amisit, nec scribere scit, potest tamen fideicommissa, & Legata relinquere nuntibus. f. 54. n. 245.

## Mutuum.

Tomo 3.

Mutuans non contrahit obligationem propriam erga Mutuatarium, qualem pariunt Contractus reciproci obligantes. f. 3. n. 9.

Mutuum neque est Contractus strictè onerosus, neque simpliciter lucrativus. f. 9. n. 53.

Mutuum est Contractus realis, hoc est, qui re perficitur, propriè dictus, quo rem nostram in quantitate consistentem ita damus, ut fiat accipientis, & eadem nobis in genere reddatur. fol. 171. n. 290.

Mutuum latius sumptum, in quatuor species dividitur. 1. Est mutuum mercè naturale, seu

II 3

rectum

rectum & germanum; ut modò definitum est. 2. Est Mutuum naturale, cuius civile cooperatur. 3. Merè civile. 4. Mutuum civile cui natura cooperatur. f. eod. n. 292.

Ad Contractum Mutui tria requiruntur. 1. Traditio realis. 2. Translatio dominij. 3. Obligatio reddendi rem in quantitate similem. f. 172. n. 293. Et quidem eandem rem in genere quoad qualitatem & quantitatem. eod.

Si nullus terminus solutioni præfixus est, per se loquendo non potest mutuum in continenti repeti. (benè tamen aliquando per accidens) sed relinquendum est tempus, quo mutuatarius possit commodum per mutationem intentum obtinere boni viri arbitrio. f. 172. n. 294.

Mutuum Civile non parit obligationem in conscientia, inducit tamen aliquam obligationem civilem, quando traditum est chyrographum, nec tamen pecunia numerata. fol. 173. n. 295.

Plura vide: *Pecunie non numeratæ Exceptio.*

Mutui materia non est sola pecunia signata, sed quidquid ex pondere, numero, mensura æstimatur. fol. 176. n. 309. Unde in auto etiam rudi, argento, oleo, frumento, & similibus mutuum constitui potest. fol. 177. n. 312.

Non haberet tamen rationem mutui quoad effectus civiles, si quis v.g. 10. boves daret transiendo dominium, ut alios decem ejusdem valoris reciperet; in panibus tamen certi ponderis, lignis certæ mensuræ, lateribus certo canone confectis, in charta, carnibus, & piscibus, constitui potest, quatenus hæc numero vel pondere invicem solvi solent. fol. eod. n. 313.

Si quis pecunias alienas suo nomine mutuas dedit, & illas mutuatarius bonâ fide consumpsit, vel usufruxit, consumptione vel usufructione mutuum confirmatur. fol. 178. n. 315. Quod si pecunia dolo malo consumpta fuit, perinde habetur, ac si extiraret: & daretur vel actio ad exhibendum, vel utilis rei vindicatio. eod.

Nummis alienis ab accipiente casu fortuito amissis, non tenetur accipiens conditione, neque tali amissione sit ex Juris dispositione dominus, sicut fit absumptione, & ideo perierunt suo domino, & accipienti daretur exceptio contra dantem. eod.

Potest mutuum contrahi brevi manu, si quis suum debitorem iussit debitum alteri dare, quibus accipit iste scribat scheidam, se velle illam pecuniâ habere mutuum. fol. eod. n. 316.

Mutuum dare potest quisvis, qui liberam rerum suarum administrationem habet, & catenus, quatenus habet. fol. 179. n. 317.

Si pecunia à pupillo sine Tutoris auctoritate credita casu perierit, confirmaretur mutuum: & Jura singunt, dominum fuisse translatam, ne Jure pupillo concessus, eidem noceat. fol. eod. n. 318.

Magistratibus & Præsidibus non est à Jure simpliciter & illimitatè interdicta Mutuatio, sed solum fenoratitia, & lucrativa. fol. eod. n. 319.

Ut Ecclesia vel Civitas ex mutuo teneatur, debet mutans probare, fuisse in ejus utilitatem versum; aliàs datur mutuantia actio adversus eum qui nomine Ecclesie accipit, & adversus heredes illius. fol. 180. n. 321. Si totus Senatus Civicus consentientibus civibus mutuum acciperet, teneretur Civitas solvere, etiam si non esset in ejus utilitatem versum. n. 322.

Si Prælati contraxit sine consensu Capituli, mutans tenetur probare versionem. Si verò unâ cum Capituli consensu, non incumbit probatio versionis, si possit debitum solvi ex bonis alienabilibus. n. 323.

Si minor non habens Curatorem, mutuum accipit cum onere solvendi usuras, mutans probare debet, pecuniam in rem debitoris versam esse. Si mutuum gratuitum fuit, & nunc petit restitui, probare debet, se læsum esse. fol. 180. n. 324.

Si Curator nomine Minoris mutuum datum est, Curator ipse omnino tenetur, sed in Minorem actio tunc datur, si creditor versionem in ipsius utilitatem probaverit. fol. 181. n. 325.

Filiusfamilias an possit Mutuum celebrare, vide *Macedonianum Senatûs Consultum.*

Si Mutuo dies adjectus est in favorem mutuantis, ante diei adventum solvere non licet invito creditori, benè tamen, si in favorem mutuatarij. fol. 184. n. 337.

Solutionis partem non tenetur creditor accipere ante diem constitutum, ob incommoda inadæquate solutionis. nisi debitor in judicio convenit neget se plus debere quam partem, tunc enim Judex ad minuendas lites, potest cogere creditorem ad accipiendam partem solutionis. fol. 185. n. 340.

Si res credita in eodem genere restituenda, non repetitur, tenetur creditor satisfactionem in pecunia accipere. fol. eod. n. 341.

Si res credita fuerit oblata, & creditor in mora accipiendi fuit, si perit, liberatur debitor. fol. 186. n. 344.

Quomodo possit in contractu Mutui in pactum deduci solutio in certa moneta, non obstante ejus variatione in valore, vel quomodo ipsa variatio possit in pactum deduci, vide *Moneta.* Debitor in mora constituto, datur Creditori *Conditio certi.* fol. 190. n. 361. & seqq.

## Nativitas.

Tomo 1.

Nativitas est Modus acquirendi dominium Jure Gentium, animalium quæ ex nostris nascuntur, etiam si mas alienus fuerit. Si tamen invito maris, v.g.

ris, v.g. equi, domino aliquis alienum equum in equam suam immutat, in factum actione tenetur. fol. 416. n. 88.

## Naufragium.

Tomo 1.

Res quæ in periculo naufragij ciciuntur, manent in prioro dominio, unde qui ea nactus auferret, furtum committeret. Idem dicendum de illis, quæ ex ipso naufragio in mare delabuntur: talia enim non sunt derelicta, sed deperdita. Imò qui ea sciens rapuit, aut reposcenti non reddit, quadruplo tenetur, & publicatione omnium bonorum multatur. fol. 426. n. 152. & seqq.

## Necessitas proximi.

Tomo 1.

Necessitas proximi est triplex. Extrema. Gravis. Communis. Extrema est rerum ad vitam necessariarum, vel ad vitandum morbum incurabilem. Gravis est rerum, sine quibus vita notabiliter abbreviaretur, vel morbus gravis incurreretur verisimiliter. Communis, quam habent pauperes mendicij aperti vel occulti, aliorum liberalitate indigentes. f. 135. n. 342.

Extremæ necessitati proximi tenentis ex charitate subvenire (alijs deficientibus) ex bonis non solum superfluis, sed etiam statui convenientibus, non tamen ita necessarijs, ut sine talibus bonis ex pristino statu decideres: non tamen tenentis ad media extraordinaria. fol. 195. n. 343.

Necessitati gravi tenentis subvenire ex bonis superfluis statui. fol. eod. n. 344.

Jus accipiendi rem alterius in casu necessitatis, fundatur in eo, quòd natura ab initio voluerit omnia esse communia. eod.

Constitutus in extrema necessitate, (& probabiliter idem dicendum de constituto in necessitate gravi) potest licitè & absque vitio furti, accipere ex alterius bonis illi ad vitam non necessarijs, si non excedat media ordinariè adhiberi solita. fol. 176. n. 345. & 347.

Necessitas tribuit jus accipiendi etiam in casu quo alter non obligatur dare ex charitate. 436. elapsa tamen necessitate tenetur auferens restituere acceptum, si potest. fol. 177. n. 349.

## Negationes.

Tomo 1.

Quamvis Negationes directè probati non possint, indirectè tamen probari possunt, probato scilicet aliquo habente connexionem cum negatione tali. fol. 283. n. 18. & seqq. ubi exempla.

## Negotiatio.

Tomo 4.

Negotiari dicuntur Mercatores, qui rem emptam immutatam iterum vendunt. & hi dicuntur à Canonibus eijci de templo Dei, hoc est, esse indigni Clericatu. fol. 99. n. 280. ubi referuntur pœnæ Clericis Negotiatoribus constitutæ.

Unus alterque actus à Clericis exercitus, non est peccatum mortale. fol. eod. n. 281.

Prohibitio negationis extenditur etiam ad Clericos habentes Beneficium sufficiens ad sustentationem, etiam si necdum sint in Sacris constituti. fol. 100. n. 282. Non est tamen Clericis prohibitum emere pecora, quæ deinde in suis pascuis sanguina vendant. fol. eod. n. 283.

In Religione Societatis Jesu quædam prohibentur, quæ speciem Negotiationis præferunt. fol. 100. n. 284.

Non est contra Canones, quòd Clericus alteri committat pecunias, ad negotiandum, ut ipse nihil impediatur à suo Ministerio, & scandalum abis; non debet tamen hoc fieri absque urgente causa. ex qua Clericis & Religiosis negotiatio universum est licita. fol. eod. n. 285. ubi vide exempla.

## Negotiorum Gestio.

Tomo 4.

Est quasi Contractus, quo quis alterius negotium ad rem familiarem pertinens, sine mandato gerendum suscipit. fol. 344. n. 1104. Non requiritur ignorantia in eo cuius negotium geritur. fol. 345. num. 1105.

Si superveniat Rati habitio, convenit etiã actio mandati, & notandum negotiorum gestorû. f. eod. n. 1106.

Negotiorum gestio potest esse necessaria, urgente necessitate, vel necessitatis suspitione. fol. eod. n. 1107. ubi referuntur casus.

Negotiorum gestor debet habere opinionem, se gerere alterius negotia, animùmque eum sibi obligandi. fol. 346. n. 1108. Non obstat tamen, si errasset in persona. n. 1109.

Ex hoc Quasi contractu nascitur duplex actio. Directa, quæ petitur à Negotiorum gestore, ut administrationis rationem reddat, & si quid ad eum pervenit, ex æquo & bono præstet, damnum culpâ datum resarciat. Contrariâ actione petit Negotiorum gestor, ut indemni servetur. fol. 346. n. 1110. Competit hæc actio, etiã quando casu fortuito omnis utilitas eversa est. n. 1111. ubi vide exceptionem pupilli. Non competit, si alteri à parte rei non est grata negotiorum gestio, & hoc potest probare. fol. 347. n. 1112.

Qui gerit unum negotium alterius, non potest præterea cogi ad cætera quoque gerenda, quæ ad illud non spectant. fol. 347. n. 1113.

Si plures negotium gerant diversorum bonorum ejusdem, v.g. hereditariorum, & unus illorum fiat non solvendo, periculum spectat ad heredem, seu illum, cuius negotium gessit. fol. eod. n. 1114.

Jura de quibusdam personis præsumunt, quòd noluerint sibi obligare illos, quorum negotia gesserunt. fol. eod. num. 1115. ubi vide hæc præsumptiones.

Quoad